

# **Información de las visitas ‘ad limina’ del arzobispo de Tarragona, Francisco Armañá Font (1785-1803)**

Por

RAFAEL LAZCANO GONZÁLEZ

Se informa de la documentación existente en el Archivo Diocesano de Gerona referente a las tres visitas ‘ad limina’ que realizó el agustino y arzobispo de Tarragona Francisco Armañá Font (1718-1803), antes obispo de la diócesis lucense (1768-1785). Dichas relaciones plasman, en gran medida, la situación de la Iglesia de Tarragona en la última parte del siglo XVIII. Los datos preparados para las tres visitas a Roma, realizados mediante procurador, arrojan nueva luz que ayudan a perfilar el quehacer del prelado, como hombre ilustrado, en su vertiente pastoral, social y cultural.

Is reported in the existing documentation Diocesan Archive of Girona on the three visits ‘ad limina’ that made the archbishop of Tarragona Augustinian Francisco Armañá Font (1718-1803), former bishop of the diocese of Lugo (1768-1785). These reports reflected in large measure, the situation of the Church of Tarragona in the late eighteenth century. The data prepared for the three visits to Rome, made by proxy, shed new light that help to shape the business of the prelate, as illustrated man, in his pastoral side, social and cultural development.

## **Presentación**

Se cumplen 225 años desde que el arzobispo de Tarragona, el agustino Francisco Armañá Font (1718-1803) realizase la primera visita ‘ad limina’ como arzobispo de Tarragona. Con este motivo me propongo en las páginas siguientes ofrecer a los lectores de *Archivo Agustiniانو* la información docu-

mental que existe en el Archivo Diocesano de Gerona<sup>1</sup> sobre las tres visitas ‘ad limina’ del prelado catalán. De este modo prosigue el quehacer de divulgar la historia de la Iglesia, sabedores de la importancia que ejerce el conocimiento del pasado para los hombres y mujeres del momento presente y de las generaciones futuras.

Los datos esenciales de la vida y obra de Francisco Armañá, situados en su contexto histórico-social, han sido presentados con acierto en fechas todavía recientes por el historiador Mariano Boyano Revilla<sup>2</sup>, razón por la que no me detendré en ellos. Después de dieciséis años largos en el obispado de Lugo (1768-1785), Armañá dejó la mitra lucense por el arzobispado de Tarragona, a propuesta del rey Carlos III, siendo preconizado para dicha sede el 14 de febrero de 1785 por Pío VI.

En Cataluña desarrolló el arzobispo Armañá una intensa actividad pastoral, social y cultural, en sintonía con la labor realizada en la diócesis de Lugo. Innumerables labores realizó en la archidiócesis tarraconense. Cursó dos visitas pastorales (1786-1788, 1789-1792); creó en el Seminario una biblioteca; reformó y amplió el plan de estudios; colaboró en la creación de su segunda Sociedad Económica de Amigos del País (1787), de la que fue su primer director; concluyó a sus expensas un costoso acueducto romano (1798), que surtió de agua a la ciudad de Tarragona; promovió la reparación del puerto marítimo; y amparó a los indigentes en cuanto pudieron las arcas episcopales. En tiempos de la revolución francesa su palacio episcopal sirvió de refugio de sacerdotes y políticos, además de residencia para pobres emigrantes franceses. Gran repercusión social tuvieron las cuatro pastorales escritas en defensa de la residencia en España de sacerdotes emigrados franceses contra el parecer del poder político (1792-1794). Además, preparó *El catecismo*, cuyo mayor mérito reside en la exposición clara y concisa de la doctrina católica en lengua catalana, editado en 1817 por su sobrino, deán de la iglesia de Barcelona, Bartolomé Soler y Armañá. En el haber de Armañá todavía se ha de anotar la aplicación práctica entre el pueblo español de las nuevas tecnologías en la industria y la agricultura.

Ahora, para que la figura del arzobispo Armañá se conozca más aún en sus múltiples y variadas facetas, ofrecemos la información de la documentación que presentó con motivo de las tres visitas ‘ad limina’, cursadas en 1787, 1793 y 1799, mediante procurador. El capuchino Severo de Barcelona se ocu-

---

<sup>1</sup> ARCHIVO DIOCESANO Y BIBLIOTECA DIOCESANA DEL SEMINARIO DE GERONA – Puja da Sant Martí, 12 - 17004 Gerona.

<sup>2</sup> Cfr. BOYANO REVILLA, Mariano, *Francisco Armanyá, agustino y obispo ilustrado* (= Perfiles, 29), Agustiniiana, Guadarrama (Madrid) 2009, 155 pp.

pará de la primera visita 'ad limina'; la segunda la realizó el agustino Jorge Rey; y el presbítero diocesano Manuel Cardoso se ocupó de la tercera visita 'ad limina', prorrogada en tres ocasiones. Los datos e información que ofrecen los informes y relaciones ayudan a perfilar con nuevos detalles la vertiente pastoral, cultural y social, tanto de Francisco Armañá en cuanto hombre ilustrado y pastor, como de la situación en la que se encontraba la Iglesia de Tarragona a fines del siglo XVIII.

\*\*\*\*

### **I. Visita 'ad limina' de 1787: Informe dirigido a la Congregación del Concilio por Fr. Francisco Armanyà. Tarragona, 20 de septiembre de 1787**

**1. (Presentación del procurador).** El arzobispo presenta a Fr. Severo de Barcelona, capuchino

#### **CAPUT I.- De statu Ecclesiae materiali**

##### **I. De Ecclesia Metropolitana**

**2. (Presentación y prerrogativas).** *Tarraconensis ecclesiae natales repetit a temporibus apostolorum, et haec profecto auspiciatissima initia, et constans traditio multaque ac illustria monumento comprobant, iure quodam sibi vindicavit urbs clarissima, magnitudine olim, splendore ac populi frequentia cum paucis comparando, totiusque Hispaniae citerioris caput et metropolis. Congruum enim erat mox ab evangelii promulgatione sedem episcopalem in praecipua Hispaniae urbe constitutam tamquam ab eminentiore loco ad caeteras regni provincias lumen evangelicae doctrinae promptius ac facilius diffundi posset, Hinc metropoliticum ius, hinc honor primatus, hinc alia privilegia, quibus a remotis usque temporibus Tarraconensis potitur ecclesia. Sed nihil gloriosius quam inviolatae fidei puritas, exactissima sacrorum canonum observantia, zelus pro tuenda et conservando ecclesiae disciplina, vigilantissimus atque filialis in Sedem apostolicam amor, obsequium, submissio, constans et eximia devotio. Quae quidem omnia, cum luculentissimis testimoniis in fastis ecclesiasticis, ab EE. VV. probe notis abunde constet, dicere non est opus.*

**3. (Restauración).** Se hace una breve mención a la invasión sarracena y la restauración efectuada por San Oleguer u Olegario.

**4. (La metrópoli eclesiástica).** Itaque Tarraconensis ecclesia vera et antiquissima metropolis, 8 suffraganeas dioeceses, aliis iam diu ab illius iure subtractis, sub se habet, nimirum Barcinonensem, Gerundensem, Ausonensem aut Vicensem, Dertusensem, Illerdensem, Urgellensem, Celsonensem et Ebusensem. Septem qui dum priores ab antiquo; Ebusensem vero recentissime, ab anno scilicet 1782, quo a S. Pontifice feliciter nunc Ecclesiam Dei gobernante, in episcopalem sedem et suffraganeam huius metropolis, cuius hactenus una ex parochiis fuerat, erecta est cum omnibus verae cathedralis ac dioecesis tenoribus, iuribus et privilegiis. In praefatas dioeceses ius metropolitanum exercet metropolitanus Tarraconensis, eorumque episcopos ad concilia provincialia vocavit quoties fuerunt celebrando, iisque pro suo iure praefuit.

**5. (Límites y población).** Descripción de la diócesis, a la que atribuye 170 pueblos, y la ciudad de Tarragona.

**6. (Iglesia catedral).** Está dedicada a Santa Tecla y posee varias obras de arte.

**7. (Dignidades).** Apunta la reducción hecha en 1768 y la aplicación al obispado de Ibiza de las rentas del arcedianato de San Fructuoso.

Exinde septem dumtaxat dignitates totidemque illas obtinentes in hac ecclesia numerantur, scilicet archidiaconus maior, decanus, prior, archidiaconus Vilaesiccae, thesaurarius, infirmarius et hospitalarius. Porro ad archidiaconatum maiorem, uti primam post pontificalem dignitatem, quocumque vacet mense Rex praesentat, sicut ad prioratum, summus Pontifex, cui virtute concordati reservatus est. Decanatum et thesaurarium ordinaria mensibus nominat archiepiscopus, rex aliis. Ad reliquas dignitates vel rex vel canonicorum capitulum, seu istius nomine antiquior canonicus, habita ratione mensium, praesentat.

**8. (Derechos y obligaciones de las dignidades).** Deber de residencia y preceden a los canónigos, pero sin entrada en el capítulo, excepto el arcediano mayor, por la canonjía anexa a esta dignidad.

**9. (Canónigos).** Canonicatus, qui pridem erant numero 24, post factas anno 1768 suppressiones et uniones, 22 sunt, quorum unus dignitati pontificali, alius archidiaconatui maiori est annexus. Ex 20 reliquis, unus doctori seu professori Cervariensis academiae ab eadem ex privilegio regio ac pontificio designando confertur. Poenitentiarius, lectoralis, doctoralis et magistralis praevio concursu eliguntur. Caeteri omnes numero 15 praesentantur vel a

rege vel a capitulo canonicorum, pro diversitate mensium, non secus ac dignitates superius recensitae.

**10. (Beneficios y vicarios).** Instituta praeterea in hac ecclesia existunt 24 beneficia, quae conventualia seu portionaria nuncupantur. Eorum 4 totidem vicariis, quorum 3 in hac urbe, alius in oppido eidem vicino et annexo curam parochialem exercent, assignata sunt. Tribus quoque magistris, nempe caeremoniarum, organi et musicae, 4 item chori succentoribus, unicuique unum, reliqua suos habent patronos, ad quos respectiva pertinet eorum praesentatio.

**11. (Otros beneficios).** Ascienden a cuarenta. Todos están obligados a residir.

## II. De Parochialibus, aliisque Ecclesiis et Oratoriis

**12. (Parroquias del Obispado).** Centum tredecim in hac dioecesi numerantur parochiae, quarum potissima pars per proprios rectores, aliquae per vicarios perpetuos reguntur, suntque fere omnes patronatos ecclesiastici, ut propterea praevio semper concursu parochi eis praeficiuntur a patronis ad quos et quomodo pertinet iuxta concordatum 1753.

Nonnullae praeterea reperiuntur ecclesiae suffraganae, suis nempe parochialibus annexae, quae per vicarios nutuales cum debita ordinaria approbatione, congruente stipendio assignato, administrantur. Les esglésies son conservades òptimament amb almoines dels fidels. Licet autem nulla sit collegiata, instituti nihilominus existunt in quibusdam coetus presbyterorum aliorumque clericorum, qui nedum celebrando solemniter s. Missae sacrificio, seu horas canonicas in choro statutis temporibus persolvendo, caeterisque functionibus Ecclesiae rite ac ordine peragendis vacant.

**13. (Otras iglesias).** Señala abundantes capillas y ermitas, conservándose en buen estado.

## III. De Monasteriis virorum ac mulierum

**14. (Monasterios).** Existunt in hac dioecesi regularium domus 26 variorum institutionum et ordinum, quos inter numerantur congregatio presbyterorum Sancti Vincentii a Paulo et Sancti Antonii abbatis, quae Hospitalarium dicitur. Earum 7 erectae sunt in hac urbe, reliquae in diversis oppidis et locis. Foeminarum monasteria sunt 8, 3 nempe in urbe, alibi reliqua. Duobus

exceptis sanctimonialium monasteriis, altero scilicet institi Sancti Francisci, Clarissarum vulgo nuncupatum, altero Benedictinarum sub titulo purissimae virginis Matris Dei erudiendis puellis vacantium, quae immediate subiecta sunt archiepiscopi iurisdictioni, caetera omnia tam virorum quam foeminarum subiacent suorum respective ordinum praelatis. Est etiam in hac urbe domus Mantellatarum tertiariarum ordinis Sancti Dominici, quae collegialiter vivunt sub fratrum sui ordinis directione, sed archiepiscopo plane subditae, puellis etiam erudiendis incumbentes.

#### **IV. De Seminariis, nosocomiis, confraternitatibus, montibus et locis piis**

**15. (Seminarios).** Mox fere ab absoluto concilio Tridentino, ad illius praescriptum erectum est in hac urbe a clarae memoriae Gaspare Cervantes, Tarraconensi archiepiscopo ac S. R. E. cardinali, clericorum seminarium, assignatis ad eius conservationem congruis redditibus, quibus alumni 23 cum suo rectore, aliisque ad illorum regimen, curam et servitium necessariis decenter sustentari possent et hactenus reapse sustentantur. Degunt cum ipsis alii clerici vel alumni, qui licet propriis aluntur expensis, eodem tamen cum praefatis victu, simili vestitu parique custodia, cura et eruditione reguntur. Constitutos habent magistros, a quibus publice gramaticam, rethoricam, philosophiam, theologiam caeterasque disciplinas rite informandis, ecclesiasticorum moribus aptas quique pro sua aetate, condicione ac studio edocentur.

Simul omnes piis exercitiis quotidie statis horis vacant in sacello decenter ornato, quod in eiusdem seminarii aedibus extractum est. Nedum solemnibus festis choro cathedralis ecclesiae intersunt, sed sacris quoque omnibus quae in ea fiunt concionibus ac supplicationibus publicis. Frequenter sacramentis muniuntur poenitentiae ac s. Eucharistiae, qua quoties reficiendi sunt, devota et gravi exhortatione pii cuiusdam sacerdotis ad id munus a me delecti praeparantur. Et ut verbo dicam, talis est illorum vitae ac disciplinae ratio, qualis a Tridentino concilio est praestituta, qualisque eos decet qui ecclesiasticae militiae vel adscripti iam sunt, vel continuo adscribendi. Praefatum autem clericorum seminarium, unicum quidem in tota dioecesi, plene subiacet auctoritati et iurisdictioni archiepiscopi, qui ad illius administrationem binos designat cathedralis ecclesiae canonicos, doctrina et gravitate commendatos, ipsorumque consiliis in eodem regendo utitur.

**16. (Hospital).** Amplum est etiam in hac urbe nosocomium, ubi gratis omnino magnaue vigilantia et sollicitudine curantur pauperes eiusdem civitatis infirmi, et si qui peregrini vel hospites casu aegrotent, adhibitis medicis,

chirurgiis, presbyteris, famulis quotquot infirmorum solatio ac remedio, tam spirituali quam corporali necessarii censentur; suppetunt enim ad hosce pios fines congrui redditus, quorum administrationi, ut et optato infirmorum omnium solatio, rectoque nosocomii ordini, conservationi et incremento, duo canonici cum totidem civitatis decurionibus vigilanti zelo incumbunt. Curantur pariter in hocce nosocomio regiis sumptibus milites universi qui hac in urbe vel in proximis eiusdem stationibus infirmantur. Licet autem et viri et foeminae pari pietate admittantur atque curentur, in seiunctis tamen locantur cubi- culis, nec unquam simul habitant.

**17. (Asilos de huérfanos).** Repetición de lo anotado en la relación de 1759, n. 53, sin que se precise el número de huérfanos.

**18. (Otros hospitales).** Existen varios hospitales diseminados por los pueblos de la diócesis, en su mayoría pobres. Se ruega la separación de sexos en los hospitales.

**19. (Cofradías).** Congregationum et confraternitatum ingens fuit olim numerus in hac dioecesi, quae tamen ex Regii Senatus decreto multo sunt modo pauciores, et fere omnes certis redditibus carentes. Sua quoque habere solent statuta ab ordinario approbata. Ne quis vero in earum coetibus et functionibus abusus obrepat, vel si forse obrepserit, ne ulterius propagetur, solli- cite cavere studeo ad meorum praedecessorum exemplum, qui pervigilem in id curam impenderunt.

**20. (Montes de Piedad).** Aliqui manent in hac dioecesi montes pietatis, plurimis iam iustis ex causis a meis praedecessoribus extinctis. Qui autem supersunt, frumentarii sunt omnes, ad agricolarum auxilium instituti, in quibus sedulo cavemus, adhibitis etiam ubi opus est gravibus mandatis, ut moderata sit solutio ultra sortem pro conservandis montibus, nihilque in eorum admi- nistratione aut solutione permittatur quod vel minimam usurae, iniquitatis aut infidelitatis speciem prae se ferat. Non minores impendimus curam in ser- vandis redditibus foundationum et legatorum ad pios fines, quae causae pieae vocari solent, ipsorumque rationibus exigendis, ut scilicet in eos integre in- vertantur usus, ad quos assignati a piis fundatoribus fuerunt.

## **CAPUT II. De pertinentibus ad archiepiscopum**

**21. (Toma de posesión – Visita pastoral).** El prelado, que presidía desde 1768 en la iglesia de Lugo, fue trasladado a Tarragona en 1785, donde siem-

pre ha residido. Ha comenzado la visita pastoral por la iglesia catedral. Durante la misma ha inspeccionado personalmente también los santuarios y las ermitas. Le falta poco para completar la visita.

**22. (Órdenes y confirmaciones).** Ipsemet pariter sacramentum administro Confirmationis omnibus qui nondum eo muniti deprehenduntur, modo septimum expleverint aetatis annum, vel ratione capaces sese exhibeant, et hi quidem nonnisi fidei rudimentis instructi, praemissaque confessione sacramentali, et qui omnibus confirmantes praecibus a prima nempe manuum impositione usque ad postremam benedictionem iuxta Pontificalis ordinem, praesentes debita cum reverentia et devotione adsint. Quos cum reliquo populo adstante, gravi et pleno sermone de pertinentibus praecipue ad hoc sacramentum prius instruere studeo.

**23. (Predicación).** Verbum Dei saepe in hac ecclesia cathedrali praedicavi, praesertim in Adventu, Quadragesima et solemnioribus Domini ac B. Mariae virginis festis. In dioecesis autem visitatione, vix diem praeterii absque una vel pluribus concionibus ad populum, in quibus de doctrina evangelica, de sacris mysteriis, de gliscentibus vitiis corrigendis moribusque reformandis, vulgari semper idiomate ac plano stylo disserui, in ea potissimum intentus, quae pro locorum auditorumque, maiorem vel explicationem, vel exhortationem, vel reprehensionem flagitare novi.

**24. (Pastorales).** Monita, edicta, pastorales litteras, decreta, quae et quoties visa sunt necessaria, quantum tempus et vires tulerunt, edidi; quam maxime incumbens in clero doctrina et moribus probe informando, quo spectant ecclesiasticae academiae, in universa dioecesi a me institutae, ac ita per ditiones distinctae, ut congregati pro locorum opportunitate uniuscuiusque ditionis clerici, de morum ac rituum ecclesiasticorum doctrina singulis fere hebdomadas tractatus habeant, ea proponentes et resolventes dubia et quaestiones quae ad suum explendum munus plus conferre videantur.

**25. (Concesión de licencias ministeriales – taxas).** Nemini absque praevio ac rigoroso examine ad confessiones audiendi vel sacrum celebrandi, vel divinum praedicandi verbum facultas conceditur. Quae tamen facultates, quemadmodum et ordinum tituli, licentiae, instrumento, et ut verbo dicam, omnes penitus cancellariae vel secretariae litterae gratis omnino expediuntur atque praebentur, assignato idcirco secretario seu cancellario ex redditibus mensae archiepiscopalis congruo stipendio, ne quid ab aliquo victus gratia repetere opus habeat. Quin et vicariis generali ac officiali ex iisdem redditibus assi-



gnatum est a me stipendium, ut nihil pro sententiis accipiat, et reapse nihil accipit. Pro negotiis autem et expeditionibus curiarum, statuta est in constitutionibus synodalibus cum debita moderatione taxa, ultra quam ne quis curialium aliquid accipiat sollicitate cavemus.

**26. (Congregación de altares).** Altaria mobilia seu aras, multoties et magno numero, iuxta necessitatem tot vastae dioecesis ecclesiarum, sacellorum, oratoriorum consecravi, sacris unicuique ad praescriptum pontificalis iniectis reliquiis.

**27. (Concilio provincial - sínodo).** Utamque cogere magnopere cupio, sed multis gravibusque difficultatibus, incommodis, dissidiis imminentibus absterritus, earum celebrationem ad opportuniora tempora differe satius duxi, contentos interea verbis et scriptis quoquomodo valeam, deffertum complere.

**28. (Iniciativas del arzobispo).** Subveniendis cuiuscumque status ac conditionis miseris, aegrotis tam intra quam extra nosocomio curandis atque alendis, carceratis liberandis vel sublevandis, expositis aeducandis, indigentibus scholaribus adiuvandis, ecclesiasticis reficiendis et ornandis, aliisque dioecesis necessitatibus succurrendis, pro meo modulo indesinenter incumbo. Quod tamen longe amplius praestarem, nisi opem meam et sollicitudinem sumptuosissimam eflagitasset opus, hui civitati cuius etiam temporale dominium penes archiepiscopum est, vere utilissimum; nimirum instauratio antiqui Romanorum aquaeductus eiusque magna ex parte nova constructio, ut populus aquae penuria summopere laborans, illius copia perfruatur. Hocce quidem opus a praedecessore meo magno molimine coeptum, atque ipsius expensis, accedente regiae liberalitatis auxilio, longo exactu productum, nimis adhuc a suo termino et perfectione cum ad hanc sedem perveni, procul aberat. Mox ergo de proseguendo illo, et si quidem possem, perficiendo serio cogitans, in idque pro viribus, ut rei magnitudo et utilitas postulabant, intentus, sumptus omnes operi strenue promovendo necessarios impendi hactenus, nec impendere desino. Interim vero magis magisque urgente, ob maximam diuturnamque siccitatem aquae penuria, provisionalem aquaeductum extruendum propriis etiam expensis decrevi, quo gravi adeo necessitati occurreretur. Factum ita; praestantissimum auxilium effusa gratulatione celebrante populo, ipsoque pissimo rege valde sibi gratum esse illustrari declarare testimonio dignato. Porro utrumque opus, licet ab ultima perfectione admodum distans, multis mihi scutorum millibus stetit.

### **CAPUT III. De pertinentibus ad clerum saecularem**

**29. (Clerecía de la sede).** Residen, aplican la misa por los bienhechores, además ejercen sus oficios el penitenciario y el magistral. Sunt etiam lectorali, qui dicitur, sua onera imposita, quae partim iam diu implet, paratus implere reliqua cum primum opportuniora exercitia, loco, tempore ac methodo designatis, praescripta fuerint, quod brevi exsequendum confido et sollicite curabo.

**30. (Clerecía parroquial).** También residen, y en algunas parroquias se celebran los oficios divinos y la misa conventual.

**31. (Obligaciones de los rectores).** Singulis dominicis et festis diebus, parochi et omnes curam animarum exercentes, Missae sacrificium pro commissis sibi populis applicant; doctrina ipsos evangelica et salutaribus verbis patria semper lingua vulgarique stylo pascunt. Es tenen al dia els llibres parroquials.

**32. (Obligaciones de los clérigos).** Usan traje clerical; y si se produce algún escándalo se corrige.

### **CAPUT IV. De clero regulari**

**33. (Regulares con cura de almas).** Son pocos y cumplen con las obligaciones pastorales.

**34. (Visita de los regulares. Los misioneros).** Praedecessorum vestigiis inhaerens, nullam regularium domum seu monasterium visitavi. Neque enim in eis quidquam novi quod mea opera indigeret. Tantum autem abest quin offendiculum unquam vel iurgium habuerim cum regularibus, ut in eis potius gratias iure meritoque multas habeam, quod mei muneris adiutores et cooperatores promptoque alacrique animo et ardenti zelo sese exhibeant, maximo sane fidelium beneficio. Inter eorum coetus, tres existunt in hac dioecesi sacris missionibus ex instituto addicti, unum nempe ordinis Sancti Francisci, alter B. Mariae virginis a Mercede redemptionis captivorum, postremus congregationis presbyterorum Sancti Vincentii a Paulo, quod Missionis dicitur. Adeo autem utilissimo huic ministerio incumbunt, primi praesertim et postremi, ut omni fere tempore missio aliquo in dioecesis loco fiat, quo nimirum ab archiepiscopo pro cuiusque parochiae necessitate vel exigentia vocantur. Quantus hinc in doctrina fidei et morum uberrimo cordis mei solatio et gaudio testantur. Patent etiam praefatae domus et coetera regularium fere omnes, cuiuscumque, sive archiepiscopi aut vicarii generalis iussu, sive sponte ac devotione, spiritualia exercitia peracturo, maxime domus congregationis Sancti Vin-

centii a Paulo, ad quam ut plurimum exercitandi mittuntur, et sub illius presbyterorum directione atque cura, quam sane strenuam impendunt, in doctrina et disciplina ecclesiastica magnopere proficiunt.

#### **CAPUT V. De pertinentibus ad moniales**

**C25. (Monjas).** El arzobispo se ocupa de la clausura y del nombramiento de confesores de las religiosas contemplativas que de él dependen, y de la aprobación de los confesores de las otras religiosas del arzobispado.

#### **CAPUT VI. De Seminario**

**C26. (Visita del Seminario).** Iis quae de unico huius urbis ac dioecesis seminario capite primo retuli nihil sese offert addendum, nisi quod crebro illud adire soleo, et si quid vel ex visu vel ex auditu, acceptis a rectore ac magistris relatantibus, agnosco quod ad meliorem vel vitae vel studiorum methodum, seu ipsius seminarii profectum, utcumque conferre agnoscam constituendum, illud praestare idonei censentur.

#### **CAPUT VII. De pertinentibus ad ecclesias, confraternitates et loca pia**

**27. (Fundaciones).** Se supervisan las cuentas de las parroquias y de los hospitales.

#### **CAPUT VIII. De pertinentibus ad populum**

**28. (El pueblo cristiano).** Viget speciali Dei beneficio in tota dioecesi christiana pietas et religio fidesque catholica sine ulla vel minima erroris nota. Instructio autem de fidei christianae mysteriis, non tanta profecto quantam optarem elucet in omni plebe, magna illius parte continuas fere laboribus occupata

#### **CAPUT ULTIMUM. Postulata**

**29. (Consecuencias de la reducción de beneficios).** In parochialibus ecclesiis aliisque huius dioecesis locis piis, multa sunt onera missarum, quae dif-

ficilem nec nisi gravissimo parochorum aliorumque beneficiatorum dispendio impleri possunt iuxta suam institutionem. Exigua enim ut plurimum assignata fuerunt stipendia (...) Rmus. praedecessor meus de quo supra, reduxit numerum presbyterorum et clericorum, suppressis plurimis beneficiis, eorumque redditibus cum suis oneribus aliis quae manere decrevit, adiectis. Haec proinde magna saltem parte tanto numero missarum gravata sunt, ut beneficiarii, tametsi quotidie Missae sacrificium pro huiusmodi obligationibus celebrent et applicent, omnibus tamen satisfacere haudquaquam possint; quisque namque unita in se uno habet onera duorum, trium vel plurium beneficiorum, quorum quodlibet non exiguo missarum numero est obstrictum. Decenti profecto presbyterorum congruentiae consulere in sua reductione voluit laudatus praedecessor. Verum tantum abest quin aliquod inde referant emolumentum, ut potius adiectis oneribus iacturam reddituum faciant, cum teneantur sacerdotes alios maiore stipendio quaerere qui bonam missarum partem celebrare ac pro se implere velint.

**30. (Facultades para la reducción de cargas).** La obtenida de la Santa Sede, de 13 septiembre de 1786, resulta insuficiente. Por ello solicita poder reducir todas las cargas de misas por fundaciones y aplicar la taxa que resulte más conveniente.

**31. (Altare privilegiados).** Humillime item Sanctitatem suam oro ut apostolicam mihi facultatem elargiri dignetur in unaquaque huius dioecesis ecclesia designandi altare privilegiatum cum indulgentia plenaria, caeterisque privilegiis et gratiis de more, ita ut piarum animarum in Purgatorio degentium solatio consulere possim et pietatem ac devotionem fidelis populi mihi commissi, uti opto ac debeo magis magisque fovere.

## **Anexos**

1. Memorial presentado al Papa en nombre del arzobispo pidiendo la aceptación del P. Severo de Barcelona como procurador.
2. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo que acreditan la visita efectuada por el P. Severo de Barcelona, capuchino, en sus respectivas basílicas. Roma, 9 de noviembre de 1787.
3. Rescripto del informe, con observaciones, recogido en la carta adjunta.
4. Carta de la Congregación al Arzobispo Armañá, ensalzando la visita pastoral, la obra del seminario y la erección de vicarías. Se recomienza la ce-

lebración del sínodo diocesano, al tiempo que le concede la reducción de misas de altar privado. Roma, 20 de abril de 1788.

## **II. Visita 'ad liminia' de 1793: Informe dirigido a la Congregación del Concilio por Fr. Francisco Armanyà. Tarragona, 25 de septiembre de 1793**

**1. (Presentación del procurador).** El prelado ha constituido procurador para esta misión al agustino Jorge Rey.

### **CAPUT I. De statu Ecclesiae materiali.**

**2. (Estado general).** Remite al informe anterior. No obstante se han construido y ampliado algunas iglesias.

**3. (Vicario nutual).** De parochialibus dioecesis ecclesiis unum est quod priori relationi addere debeam, scilicet, haud multas existere quae per vicarios ad nutum amovibiles regebantur post regulam a praedecessore meo, promotente et auxiliante piissimo regis zelo, constitutam, iuxta quam non pauci vicarii, qui nutuales olim erant, perpetui facti sunt, illis dumtaxat remanentibus quorum circumstantiae particulares huiusmodi mutationem non permittebant, nec modo permittunt; quinimo expresso regis diplomate cautum est ne aliqua in posterum hac in re mutatio fiat, nisi speciali occurrente ratione, praevioque regio beneplacito (...).

### **CAPUT II. De monasteriis et seminariis**

**4. (Supresión de los Antonianos).** Ex regularium domibus quas in prima relatione recensui, una nimirum Sancti Antonii abbatis, Hospitalariorum dicta, cum aliis eiusdem instituti in Hispania erectis, suppressa est apostolico S.D.N. brevi, ab eiusdem S. Sedis in Hispaniarum regnis nuntio apostolico et a supremo Regis Senatu mihi transmissa, ut tamquam praefati nuntii, cui executio brevis demandata fuerat, specialiter delegatus, ipsiusque ac regia munitus auctoritate, ad praefatae domus suppressionem, servatis omnibus quae tum in relato brevi, tum in litteris regii Senatus ac Excmi. D. nuntii servanda mihi praescribebantur, ac tutum procederem, quod reapse absque nulla prorsus contradictione fuit executioni mandatum debitis solemnitatibus die 25 iunii anni 1791.

**5. (Seminario).** Clericorum seminarium eodem quem in prima relatione exposui, ordine ac disciplina regitur (...) Quamquam autem S. Scripturae specialis cathedra vel lectio institui, ut optarem, non potuerit, congrua nihilominus sacrae doctrinae instructio praebetur.

### **CAPUT III. De pertinentibus ad archiepiscopum**

**6. (Residencia y visita).** Ex quo ad regendam dioecesim perveni, ab ea numquam abfui, nisi brevi temporis intervallo, ut demandatum mihi a rege regioque Senatu speciale munus exequerer in territorio prioratus de Meyà, quod in hac Tarraconensi provincia situm est, ad eamque spectat, unde ad meam sedem continuo regressus sum, nec ab ea unquam discessi nisi visitationis causa. Porro visitationem totius omnino dioecesis, non semel tantum, sed iterati, per meipsum obivi, nulla penitus ne minima quidem ecclesia vel parochia praetermissa, quam non praesens in utraque visitatione lustraverum (...). Licet autem solos ad confirmationem eos admiserim qui septimum iam compleverint annum, vel ratione pollere visi fuerunt (...) exceptos a praefata regula generali semper volui infantes in discrimine vitae constitutos, quibus ubicumque illos existere novi, Confirmationis sacramentum lubens contuli, multoties hunc ad finem eorum domus, diversoria, cubicula, nihil ab occurrentibus incommodis territus, adiens ut ita sacram unctionem absque maiori ipsorum periculo, mora vel difficultate a meipso recipere valerent.

### **Anexos**

1. Memorial presentado al Papa, en el que pide sea admitido como procurador al P. Jorge Rey, agustino.
2. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo, que certifican la visita efectuada a las respectivas basílicas por el P. Jorge Rey, asistente general para España de la Orden de San Agustín. Roma, 19 de diciembre de 1793.

### **Visita ‘ad liminia’ de 1799: Informe dirigido a la Congregación del Concilio por Fr. Francisco Armanyà. Tarragona, 27 de noviembre 1799**

**1. (Presentación del procurador).** El arzobispo Armañá, que alega su avanzada edad, ya octogenario, para no ir a Roma, nombra procurador a Manuel Cardoso, presbítero diocesano.

**2. (Confirmaciones – Dotación del profesorado del Seminario).** Una vez referido al informe de 1793, señala: Duo tamen addenda censui, nimirum confirmationem infantium qualiscumque sint aetatis, ne diutius hoc sacramento careant, imminente iam mihi naturaliter obitus die ob longiorem quam significavi aetatem; et pensionem annuam 1.300 ducatorum de vellon nuncupatorum monetae hispanicae huius mensae archiepiscopalis Tarraconensis fructibus, redditibus et proventus impositam in favorem collegii seminarii, pro decenti dotatione professorum illius, aliisque piis finibus in apostolica concessione expressis, quam uti optaveram et proposueram, protinus ac libentissime executioni mandavi.

### **Anexos**

1. Memorial presentado en nombre del arzobispo de Tarragona, pidiendo prórroga del plazo de la visita. Concedida por un año el 19 de agosto de 1797.
2. Memorial en el que se solicita la concesión de una gracia similiar a la anterior. Fue concedida por un año el 9 de septiembre de 1798.
3. Memorial semejante a los dos precedentes. Se concede plazo de un año el 7 de diciembre de 1799.
4. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo, acreditando la visita efectuada por Manuel Cardoso en las respectivas basílicas. Roma, 21 de agosto de 1800.
5. Carta de la Congregación al arzobispo Francisco de Armañá, en la que después de alentar su labor pastoral, le indica “fidelis usque ad mortem et accipies coronam gloriae”, y le prescribe de no administrar el sacramento de la confirmación antes de haber alcanzado el uso de razón. Roma, 13 de enero de 1802.